



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XV. V. cadant sub Sigillo Co[n]fessionis etiam peccata committenda, quae peccator confitetur, sicut comissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

Quaestio Caduntne sub sigillo Confessionis etiã
XV. peccata committenda, quae peccator
confitetur, sicut commissã?

Responſio. SUB sigillo Confessionis cadunt non solum commissã, sed commitenda confessã; quia cum ad integritatem Confessionis pertineat, cõfiteri non solum quae præterierunt, sed etiam propositum habitum ea postmodum perpetrandi, si esset Sacerdoti concessã facultas huiusmodi proposita reuelandi; nõ dubium, quin daretur occasio, vt vel Confessio omittatur, vel saltem diuidatur: Timetiam, quia etsi talia peccata sint postea actu committenda; iam tamen sunt in voluntate commissã. Igitur celanda sunt, sicut & reliqua commissã seu præterita.

Quaestio Dic breuiter omnia, quae sub taciturnitatis obligatione continentur?
XVI.

Responſio. AD hoc Secreti sigillum PRIMO omnia pertinent omnia poenitẽtis peccata tam mortalia, quàm venialia, licet modo diuerso. Mortalia enim tam in genere, quàm in specie ad sigillum Confessionis pertinent: Venialia verò peccata tantum in specie ad sigillum Confessionis pertinent; vnde nunquam licet Sacerdoti dicere, talem poenitentem tale vitium veniale confessum esse.

SECUN-